

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Castitas et continencia g  
cum fonte primo

Non dicatis uos habere animos pudicos  
si habeatis oculos impudicos  
quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius.

Augustinus de communi uita clericorum.

nec dicatis uos habere animos pudicos,  
si habeatis oculos impudicos,  
quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius  
et, cum se inuicem sibi etiam tacente lingua  
conspectu mutuo corda nuntiant  
impudica et secundum concupiscentiam  
carnis alterutro delectantur ardore,  
etiam intactis ab inmunda uiolatione corporibus fugit  
castitas ipsa de moribus.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 211.10  
(CSEL 57, A. Goldbacher ed., p.363, ll.10-16).